

voluntarie tibi predicto Andree *etc.* Guadium dedi me fideiussore ut Ego et mei heredes memoratam domum eiusdem monasterii ab omnibus hominibus in perpetuum defendamus excepto censu denariorum decem et octo debitorum pro quolibet anno census nomine Ecclesie Sancti Lazari de Barolo. Unde voluntarie a predicto Andree recipienti *etc.* anteposui et obligavi domum unam meam existentem in pictagio S. Stephani civitatis Baroli iuxta domum Ionathe f. qd. Riccardi de Onco. a media trasenda iuxta domum francisce Eustasii de cannis iuxta viam publicam et iuxta domum heredum qd. Maynardi fratris mei cum potestate capiendi domum ipsam antepositam propria auctoritate nulla iudicis petita licentia et absque denuntiatione qualibet vendendi et quolibet alienationis titulo defendenda *etc.* Contra que si fecerimus pene nomine componamus ipsi monasterio uncias auri quinque Et totidem Regie Curie dicto notario penam ipsam pro parte ipsius Curie sollempniter et legitime stipulante hoc scripto in suo durante vigore. Renunciando consuetudini civitatis Baroli qua cavetur *etc.* liceatque ipsi abbatisse pignorare *etc.* Est autem predicta domus pro me donata in Burgo Sancti Lazari Civitatis Baroli a medio pariete iuxta domum Gemme f. qd. Franci de Falcone iuxta viam publicam iuxta litus maris et iuxta trasendam publicam. Quod scripsi ego predictus ARimagnus publicus Baroli notarius qui predictis rogatus interfui et meo signo consueto signavi. (*C'è il segno*).

† Robbertus q. s. Baroli iudex. (*C'è il segno*).

† Iacobus Bertonus Baroli notarius testatur.

† Thomasius publicus Baroli notarius testis interfuit.

† Matheus » » » testatur.